



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Assertiones Caramuelis referuntur, ac refelluntur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

DISSERTATIO THEOLOGICA

274

babiliter incedit, tunc incedere profitentur, A
prosperus immutandæ sunt Christianæ preces, nec
jam cum Davide sic orandum est: Veritatem tuam
dote me: Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in
veritate tua, sed istis potius ad probabilitatis do-
ctrinam compositis precibus utendum: Probabi-
litatem tuam dote me: Deduc me Domine in via tua, &
ingrediar in probabilitate tua, ut recte ait V Ven-
drochius.

61 Alterum inconveniens declaratur ab Episco-
po Gandavensi in Epistola pastorali ad Cle-
rum sua Diocesis, in qua sic dicit: Experimur quo-
tidie tantâ paucum licentia novas & laxas in materia
morali excogitari opiniones, & commentari, ut vix quid
quam illicium futurum sit, si querundam placitis ac-
quiescamus, nec ullum penè præceptum naturale aut po-
sitivum, quod questus istorum probabilitatis obno-
xiuum non sit, & eludatur: usque ad eum peccata omnia
fucare & obvolvere, aut de medio etiam omnino
rollare, arctamque viam celi reclamante Christo Domi-
no, dilatare, ut quantum solum apparet, conmodius per
spatio ambiens, que utinam ipsos cum sectatoribus
suis ad perditionem non ducat.

62 Similia habet Crepius à Borgia in selectis
Moralibus quæstione nona ubi sic dicitur: In
rebus moralibus vix datur casus in quo non sint due op-
piniones contradictoriae & probabiles. & hec puncum ita
ad punctum reduxit Caramuel, ut vix sit aliquid præce-
ptum Ecclesiasticum, quod illi non posse, si cuius doctri-
ne, quam probabilemputat, adhæreas. Nam duas op-
piniones probabiles contradictorias sequi quemlibet posse,
probabile esse contendit: ex quo sit ut nemo teneri videa-
tur præcepto uiuendi, audiendi sacrum, recitandi horas
canonicas & alterius huiusmodi.

Quod ille de Caramuel dixit, de aliis re-
63centioribus Caluistis licet assertere: cum enim
Diana in opere Resolutionum moralium nu-
meret quæstiones in materia morali supra ter
mille, cum opinionibus & Authoribus pro ultra-
que parte affirmantibus aut ambas esse probabi-
les, aut unam probabilem, & alteram probabi-
liorem; & recentiores Caluistæ ad hoc positi-
mum tendant, ut certatum in materia morali
novas & plausibilis opinione singulis diebus
excogitent, ut reddendo probabilia, quæ ante a
probabilia non erant, ea quæ ante non lice-
bant, licita faciant; manifestum est, quod si quæ-
cumque probabilitas à peccato exculerit, & ad
honestandas actiones humanas sufficiat, omnia
ferè erunt licita ac honesta, & vix ullum erit
præceptum naturale & positivum, quod facile
eludi non possit. Quod ut pateat ad oculum,
brevem probabilitatis synopsim hic describam,
in qua novorum Caluistarum excessus, plures
que ipsorum assertiones ex eorum libris fideli-
ter excerptas, ut in parva tabella exponam; ex
ea enim manifestum erit, nullam ferè dari actionem
pravam, quæ licita non sit, si ipsorum pla-
citis adhæreas, & si fas sit quamcumque pro-
babilem opinionem sequi, relicta probabiliti-
tis. Unde sit.

* *

ARTICULUS III.

Probabilitatum monstra, seu novorum Casu-
starum excessus referuntur, &
refelluntur.

Recet ait D. Thomas qu. 18. de verit. art. 6. 64
ex Commentatore i. 3. de anima, quod falsa
opinio ira se habet in cogitabilibus. sicut monstrum
natura corporali: est enim falsa opinio proveniens præ
intensionem ipsorum primorum principiorum, quae sunt
quasi virtutes semifinales cognitionis; sicut monstran-
tunt præter intentionem virtutis naturalis agentis; &
hoc id est, quia omne animal est præter intentionem, ut dicit
Dionysius quarto capite de divin. nomin. Unde si in
conceptione humani corporis in flagrante mala
monstrum accidisset: ita in intellectu hominem mala
fatuas esse potuisse. Ex quo Angelici Doctoris dis-
cursu liquet, quod licet in statu naturæ lapides
plures accident in humanis corporibus. &
Eius & monstrositates, ita & in animaliis plura op-
pinionum monstra ex ignorantia veritatis gene-
rantur, juxta illud Tertulliani libro secundo de
Nat. Varietas opinionum venit ex ignorantia veritatis.
Sed nusquam tot & tam horrida probabilitatum
monstra in materia morum vita vel audita sunt,
quam hoc nostro sæculo, in quo ut lepidè ait
quidam Recentior, exorta est densissima novorum
Caluistarum nubes, qui tanquam Egyptia-
cæ ranæ, vel locustæ, in Ecclesiam incubant,
& nihil penè intactum, ac in mortibus integrum
reliquerunt, ut ex sequentibus assertoribus, ex
eorum libris fideliciter excerptis, & à Propheto
Fagnano, Joanne Sinnichio, & Parochis Parisi-
bus, in probabilitatis synopsi, quam Epi-
scopis Galliæ obtulerunt, diligenter & accuratæ
collectis, manifestè patet.

S. I.

Assertiones Caramuelia referuntur, ac refelluntur.

I.

Tam clarum videtur fornicationem secundum sinal
lam involvere malitiam, & solum esse malum, quia
interditam, ut contrarium omnino rationi consonum
videatur. Caramuel lib. 4. Theol. moral. num. 1598,
& in Theol. fundam. num. 1171. editionis Fran-
cof. ubi sententiam oppositam, quam fate-
tus est D. Thomæ & discipulorum eius, ait: non
audere nominare probabilem.

Sed haec assertio non solum falsa & improba-
bilis, sed etiam erronea, & haec si proxima cen-
senda est, ut docet Soto lib. 5. de justitia & iure
qu. 3. art. 5. ubi sic eit: Dicere fornicationem non est
contra iurum naturæ. EROR EST HAEREST PROXI-
MUS. Nam consequens est protinus fieri. Genibus ame-
scriptam, quia legi Moysæ non tenebantur.

Simile argumentum fieri potest de Turcis &
Mahometanis, aliisque infidelibus: cum enim
jus positivum, quo fornicatio prohibetur, in lo-
la Scriptura sacra sit contenutum, subindeque ab
ipsis in vincibili ignoratur, illa iure naturæ
prohibita non sit, quis Turca vel infidelis, non
dicere habebit aut tarditer ingeni, sed minùs acris &
excellenter ac ipse Caramuel, defendo illi criminis
prostituteus, argui poterit de peccato, ac de

DE OPINIONVM PROBABILITATE.

275

eo iustè in hac vita vel in futura puniti? Si hoc conseqvens Adversario displiceret, audiat illud Augustini ad Pollentium lib. 2. de adulter. conjugis cap. 4. *Hoc tu quidem non sentis, sed hoc sequitur illa quae sentis. Mutu ergo antecedentia, huius capere sequuntur.*

⁶⁷ Deinde contra eandem assertionem urget ratio D. Thomæ 2.2. qu. 154. art. 2. Fornicatio cum si concubitus vagus, utpote præter matrimonium existens, est contra bonum prolixi educande; Ergo est contrarius naturæ, quæ copulam carnalem ad prolixi generationem ordinat, & congruam ac convenientem ejus educationem exigit.

Nec valer quod ait Caramuel, antiquam Martini de Magistris crambens recoquens, sè pè contingere prolem forniciariè conceptam bene encurti ac educari, immò melius quam alias multas per copulam conjugalem conceperat. Non valeat, inquam, quia, ut ait Soto loco citato, *nam existimandus est ex natura, & non ex accidente;* alioquin matrimonium non esset vinculum naturale ad convenientem prolixi educationem ordinatum, quia aliquando accidit, ut conjuges, neque facultatem habent, neque voluntatem eam educandi. Unde D. Thomas hanc Caramuelis instantiam prævidens ac præveniens, post verba relata subdit: *Nec obstat si aliquis fornicando aliquam cognoscens, sufficienter provideat prolixi educatione; quia id quod cadit sub legi determinatione, judicatur secundum quod communiter accidit, & non secundum id quod in aliquo casu posset accidere.*

II.

Mollities jure nature prohibita non est; unde si Deus tam non interdixisset, sèpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali. Ita idem Caramuel in Theologia morali numero 1603, ubi de hoc crimine peccato non aliter philologatur, quam de minoratione sanguinis, aut de clavi poni, aliquis aribus de se bonis, aut indifferentibus; unde ibidem numero 1605. comparat mollitatem cum eslupo in viti, dicens: *Ejus poni alias indifferentem primu hominibus interdixit Deus, quia voluit, & potuit, utpote rerum universarum Creator, & Dominus; Seminaciam effusionem inhibet, non quod ipsa sit mala aut peccatum, sed quod ipse sit Dominus, nos servi; ipse Creator, nos creatura, ipsi competat præcipendi auctoritate, nobis obediendi gloria reliqua sit.* Addit demum ibidem numero millesimo sexcentesimo septimo. Mollities, sodomitia, bestialitas, sunt peccata ejusdem speciei infima. Quod adeò certum & manifestum existimat, ut dicat contraria sententiam videtur errorem in Philosophia. Ex quo manifestè sequitur, iuxta illius principia, non solum mollitem, sed etiam sodomitiam & bestialitatem, donec esse malas ab intrinsecō, nec jure naturæ prohibitas, si sunt ejusdem omnino malitiae specificæ, eodem jure debent prohiberi.

Sanè mirum est in vitro docto & religioso sic extingui posse communissimas honestatis & pietatis notiones, ut hæc ipsi non solum probabilia, sed etiam certa videri potuerint. Nam quantum hæc, non à castis autibus solum, sed etiam ab ipso lumine naturali aliena sint, agnoverunt Echthri ipsi, qui non tantum bestialitatem, aut sodomitiam, horridaque illas libidinum suæ in corpora, in sexu, ultra jura naturæ, quæ non tam minima quam monstra dicende sunt, ut ait Tertullianus, sed ipsam etiam mollitatem acriter reprehenderunt, ut Martialis libro nono, Epigram.

Tom. III.

A 42. ubi in Ponticum se polluentem sic inveniatur:

*Hoc nihil esse potest; scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quanum vix animo concipi est tuo.
Ipsum credetibi naturam dicere rerum:
Istud quod digitis Pontice perdidi, homo est.*

Dolendum sanè celasse naturam Christi-

70
num Doctorem, quod Poëtæ Gentili, & aliæ in moribus lati depravati non occultavit: his enim verbis, non solum aperte docet mollietatem esse de malam, & naturæ repugnantem, sed etiam rationem fundamentalē, quæ com-

B muniper utuntur Theologi ad id probandum, insinuat. Nam sicut verba ex sua natura ordinantur ad manifestationem mentis, ita semen genitale ad propagationem prolis: unde sicut ut verbis ad fallaciam, est peccatum contra ordinem naturæ; ita ut lemne ad sterilem lasciviam, est de se malum, & ordinari ac institutioni naturæ repugnans. Quapropter tam est impossibile ut mollietates aut sodomia congruant naturæ humanae, quam est impossibile quod a mendacia ei conveniant. Nec refert quod possit mollietates aut sodomia alicui ad faciendum corporis prodesse; potest enim & mendacium alicui similiter ad salvandam vitam deservire: Stergo id non sufficit ut mendacium dicatur aliquando licere, profecto non sufficit, ut mollietates, aut sodomia, ac similia libidinum monstra, aliquando censeantur esse licita. Unde Augustinus in Enchirid. capite vigesimo secundo sic ait: *Ne video ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo; possumus enim & furando aliquando alicui prodesse, si pauper cui palam datur, sentit commodum, & dives cui palam tollitur, non sentit incommodum; nec idem tale fortunum quam dixerit non esse peccatum. Possumus & adulterando prodesse, si aliqua nra ad hoc ei consentiatur, appareat amando moritura, & si vixerit penitendo purganda; nec idem peccatum negabitur esse tale adulterium.*

Quod si ita est de adulterio, quanto magis de flagitia contra naturam, quæ immaniora sunt? Unde idem sanctus Doctor libro tertio Confessionum capite octavo ait: *Flagitia que sunt contra naturam, ubique ac semper detestanda atque punienda esse, qualia Sodomitarum fuerunt: que si amnes gentes facerent, eodem criminis reatu divinâ lege tenerentur, quia non sic fecit homines ut se illo uterentur modo; violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse dabit, cum eadem natura, cujus ille auctor est, libidinū per veritate polluitur.* Quem Augustinus locum corpori Juris canonici habemus insertum capite Flagitia, trigesimo secundo, questione septima, eoque utitur Divus Thomas secunda secundæ questione centesima quinquagesima quarta, articulo duodecimo ad primum ad probandum quod in peccati contra naturam, in quibus ipse ordō naturæ violatur, fiat injuria ipsi Deo ordinatori naturæ. Unde mirum est, Caramuelus autem suis alere, mollietatem, sodomitiam, & bestialitatem, nequam ex natura sua, sed ex superveniente duntaxat positivo Dei decreto, malitiam habere: cum passim apud omnes doctos, patiter & indoctos, communī consensu, antonomasticè dicantur peccata contra naturam; ideo utique, quia adversari humanae naturæ, non solum secundum specificum gradum humanitatis, sed etiam secundum genericum gradum animalitatis. Ma-

E nus est (inquit sanctus Thomas in caput pri-

Mm 2 mma

DISSERTATIO THEOLOGICA

276

mū ad Romanos lectione octava, quā secundā
natura intentionem commixtio sexum in animalibus
ordinatur ad actum generationis. Vnde omnia commix-
tionis modus, ex quo generatio sequi non potest, est contra
naturam hominū, in quantum est animal. Præmisserat
ibidem ejusmodi peccata vocari ab Apostolo
Pastores ignorantes: quis propriè passio dicitur,
quando aliquid trahitur extra ordinem suæ na-
turæ, putā cum aqua calefit; per hojusmodi verò
peccata recedit ab ordine naturali. Dicuntur
autem *pastores ignorantes*, tum quia non sunt no-
mine digna: tum etiam quia cùm per alia pecca-
ta carnalia homo ad naturam & conditionem
brutorum dejectatur, per peccata contra naturam
à natura etiam bestiali decidit. Quis igitur
dicere audeat, illud ex natura rei esse bonum
homini, & obligatorium sub peccato mortali,
quod deprimit humanam naturam non solum
infra gradum suum, sed etiam infra gradum ani-
malium?

71 Addo ex hac Caramuelis sententia, tria sequi
absurda & inconvenientia. In primis enim, cùm
lex positiva non obliget nisi eos quibus manife-
statur & intimatur, si mollities & sodomitam
solum lege Dei positiva sint prohibita, consepta
rum protectio est, eos omnes non peccare, nec
peccasse, effundendo semen per mollitem &
sodomiam, quibus Deus suam legem ea flagitia
verantem non intimavit. Unde juxta Caramue-
lis sententiam, tametsi ultrae sit post intumatum
sibi legem Dei vetantem prædicta flagitia, pec-
cassent ea perpetrando; cæteræ tamen nationes,
quibus judicia sua Deus non manifestavit, ne-
quaquam peccassent ea perpetrando; nec adhuc
hodie peccarent, quoquot per ignorantiam
positivæ Dei legis eis assuefecerint, nec Onan
filius Iuda peccasset, dum intromis ad uxorem fra-
tri sui, semen fundebat in terram, ne liber fratri nomi-
ne nascerentur, ut dicitur Genesis trigesimo oca-
vo, nam eo tempore lex illa positiva non erat
promulgata: & tamen Scriptura subdit, *Idem*
percussit eum Dominus, quod rem deceptabilem face-
ret.

72 Secundò, si mollities solo Dei præcepto posi-
tivo prohiberetur, aliquando esset licita, etiam
post illius legis promulgationem, saltem pro ca-
su extreme necessitatis, ut si quis mori deberet,
nisi te pollueret: positiva enim Dei præcepta
cessare interdum in casu necessitatis, certum est,
& constat exemplo Davidis, qui non obstante
Dei lege, laicis vetante eorum parum propositio-
nis, in necessitate famis eos comedit, eisque
factum Christus Matthæi duodecimo excusat,
nec non, ob similem necessitatem, suos Disci-
pulos à violatione sabbathi divinitus interdicta.
At mollitem seu pollutionem voluntariam, eti-
am in casu extreme necessitatis (putā cùm ne-
cessaria est ad latrem vel vitam tuendam) non
licere, communiter docent Theologi, & patet
exemplo plurium virorum illustrium & piorum,
qui mori maluerunt, quam seminis effusionem,
ex cuius retentione mors imminebat, per pollu-
tionem, vel per copulam procurare. Sic Beatus
Casimirus, Regis Poloniae filius, Hungarorum
Rex delectus, gravi oppressus infirmitate, mori
potius, quam castitatis jacturam ex Medicorum
consilio subire constanter decrevit. Idem de Ja-
cobio Cardinali Ulyssiponensi, Regis Portugaliæ
filio, refert Hieronymus Gaiimburtus libro
teruo de vita Pontificum. Similia traduntur de
Isaacio Commodo Imperatore, de Thoma se-

A cundo Episcopo Eboracensi, & de Michaële
Verino Poëta Gallo, cuius istud extat postea uau-
consecratum:

*Sola Venus poterat lento succurrere morbo:
Ne se pollueret, maluit ipse mori.*

Ergo mollities non solum præcepto Dei positi-
vo, sed etiam lege naturali prohibita est.

Tertiò ex sententia Caramueli sequitur ad-
ulterium esse gravius & turpis intra genos lu-
xurias, quam mollitem, sodomitam, & bestiali-
tatem: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Mi-
nor est certam ut docent communiter Theolo-
gi cum sancto Thoma secunda lectione quæ-
stione centesima quinquagesima quarta, articulo
duodecimo intra genus luxurie peccata con-
tra naturam (qualia sunt mollities, sodomia, &
bestialitas) uotum omnium gravissima & turpissi-
ma: Sicut in speculativis (inquit sanctus Doctor)
error circa quorum cognitio est homin: naturaliter
dista, est gravissimum & turpissimum; ita in agendo, cogi-
tando & que sunt secundum naturam determinata, est
gravissimum & turpissimum. Quia ergo in vita qua
sunt contra naturam transgreditur homo id quod est se-
cundum naturam determinatum circa sumum venerium,
inde est quod in tali materia hoc peccatum est gravissi-
mum. Sequela autem Majoris est evidens: Adul-
terium enim est intrinsecè malum & lege natu-
rali prohibitorum, ut omnes fatentur: Sed peccata
qua per se & ab intrinseco sunt mala, ipsoque
naturali jure prohibita, graviora sunt eis que
ab extrinseco tantum, & ratione legis positi-
va ea prohibentis, mala sunt: Ergo si mollities, so-
domia, & bestialitas, non sunt ab intrinseco ma-
la, nec iure naturali prohibita, sed tantum ab ex-
trinseco, & ratione legis seu præcepti positi-
vi, manifestè sequitur adulterium in malitia & gra-
vitate, molliiem, sodomitam & bestialitatem
excedere. Pudet me in istis fardibus tantu-
m veri, libenterque hic cum Augustino Epistola
quinquagesima sexta dixerim: *Pudet me ista refle-
xion, cum eos non puduerit ista sentire: cum vero a suis
etiam defendere, non iam eorum, sed ipsius generi huma-
ni ne pudet, cuius aures haec ferre potuerunt.*

Non possum tamen præcipuum Caramue-
lis fundamentum subtricere, & intolutum relin-
querem. Illud proponit loco supra citato numero
millesimo hexcentesimo textu his verbis: *Præ-
missum ad generationem & nativitatem accedit embryo &
infans ipse nondum natus, quam semen: Atque post
gravida parens contra animalium futurum procedere, p-
aister vitam conservare non possit: Ergo a fortiori pa-
set contra semen, si solūmmodo considerentur ratiō-
nates naturales.*

D Sed hæc ratio frivola est, nec valet illa Con-
sequentia, seu argumentum à pari, quod ab
abortione ad molliem format: in molliie
enim immiscetur libidinosa delectatio, quia in
abortione nequaquam intervenit, ut prævide-
ret etiam si abortio esset licita, consequens non sit
mollitem pariter licere. Tam vehemens enim
& exorbitans est ea delectatio, quæ in effusa-
ne semen genitalis sentitur, ut contra rationem
sit, eam unquam, circa utum legitimi conjugii,
sponte admittere.

E Arguit insuper numero 1603, in hunc mo-
dum: *Mollies (inquit) est semen effuso volunta-
ria, & si mala secundum se, de ipsius malitia homi-
nibus constitare debet. Sed quid semen? Doctors
certant, & adhuc sub iudice lis est, Aliquid ad-
rem,*

rem. alii spumam nonnulli lac, plerique sanguinem, semen esse contendunt. Et tamen esse contra ipsam nataram sudorem, spumam, sanguinem, lac, & similia corporis nutrimenta, vel excrementa ex rationabili causa decidere, nullus Dialecticus probare poterit. Ergo nec ulratione naturali probari potest, esse contra naturam decidere semen ex rationabili causa. Hoc consequens suppressit Caramuel, sive quia puduit illud expopere, sive quia cuius obvium esse prospexit.

Respondeo primò; quod si hoc argumentum valereret, probaret mollitem non solum ex sua natura, sed etiam supposito positivo Dei præcepto eam vetante, non esse malam & illicitam, sed de se bonam, & aliquando obligatoriam sub peccato mortali: posset enim qui eam vellet exercere, hoc discursum Caramuelis uti, & sic argumentum proponere. Si mollities mala esset ex Dei præcepto eam vetante, de ipsis malitia hominibus constare deberet: Atqui non constat: Ergo non est mala ex præcepto Dei eam vetante. Minor probatur: Cum mollities constar in voluntaria seminis effusione, non potest constare de præcepto eam vetante, nisi prius constet quid sit semen, cuius voluntaria effusio interdictur: Atqui nondum constat quid sit semen, sed Doctores de ejus natura & quidditate dilputant, aliis contendentibus esse sudorem, aliis spumam, aliis lac, aliis sanguinem, vel simile quodpiam corporis nutrimentum, vel excrementum, & adhuc sub judice lis est: Ergo nondum constat de præcepto mollitem vetante, subinde nec de ipsis malitia inidem proveniente. Ecce quomodo hic Caramuelis discursus nimis probet, & mollitem, supposito etiam positivo Dei præcepto eam vetante, faciat licet; imò verò etiam aliquando obligatoriam: nam posset etiam quis in hunc modum rufus arguere. Non obstante quacumque Dei lege hominibus hactenus notificata, non modò possumus, sed aliquando tenemur, (quando scilicet ad tuendam vel recuperandam corporis valitudinem id necessarium est) emittere sudorem, spumam, lac, sanguinem, aut similia corporis nutrimenta, vel excrementa: Ergo & semen; quippe quod, juxta probabilem Doctorum sententiam, nihil est aliud quam quidpiam istorum.

Respondeo secundò dñe ad argumentum, quod ut cuiuslibet constet molliem esse de se & ex sua natura malam, & lege naturae prohibit, non requiritur quod naturam & quidditatem seminis genitalis speculative cognoscat, & an illud essentialiter, vel accidentaliter tantum à sanguine, lacte, sudore, & aliis humani corporis humoribus aut superfluitatibus distinguatur, exploreat; sed sufficit quod sciat illud esse instrumentum generationis, & ordinari à natura ad conservationem & propagationem species; subinde non licere illud prodigere aut expendere eo actu, ex quo generatio sequi non valeat: hoc autem lumine naturali notum est, & amulo, quantumcumque bardo & stupido, invincibiliter ignorari potest: unde eo ipso quod aliquis uirum feminem ad sterilem lasciviam, peccat non solum contra præceptum Dei positum, quo voluntaria feminis effusio extra ultum matrimonii prohibetur, sed etiam contra præceptum naturae, & dictamen naturale rationis, quo omnibus hominibus, etiam illis qui præce-

A pta Dei positiva invincibiliter ignorant, hiujus actus malitia & deformitas manifestatur & intimidatur.

III.

In audiendo Missam de præcepto, vel recitandū horū ex obligatione, satis est attentio externa: unde potest quilibet voluntarie distrabi. Ita Caramuel in epist. præliminari ad Dianam, ubi sic ait: Narramus, & quotquot internam attentionem requirunt in officio dirino, considerata vivacitate humani ingenii, concludunt viri aut ne vix quidem posse hominem satisfacere sine aliqua distractione veniali: si de præcepto alijs parvioriter philosophantur. At nos, qui contra generosè sentimus, & sensum nostrum armato ratiocinio firmamus, NON SOLUM MILITES, SED ET VIRGINES SUMUS: possumus enim ita horis, aut alia Ecclesiæ præceptis satisfacere, ut ne in levem quidem culpam labamur. Prolatio enim, & quecumque alia extrinseca operatio, est facilissima; & humana principia leges, Ecclesiastica aut seculares sunt, non præcipiunt interna. Et in Theologia fundamentali num. 4. hæc scribit de seipso: Vno momento (inquit) calum vero, altero ad subterraneas transiōē nulla in oratorio movetur musica, qua mihi non sit impedimento; attendere lectioni desiderio, sed distractioēs non erit involuntarias. Et nihilominus nullo cruci seruculo, nullo dubio angor: quia prudenter suppono me ad attentionem internam non teneri: eam habere bonum esse, & ea carere nequidem esse levem culpam; me ad lectionem tantum & attentionem externali obligari; me ergo to tum quod rubrica subveniō scio, & ita cerò ut possum iurare. Ergo mea venialiter quidem peccavisse in hac materia certosio, & ita cerò ut possum iurare.

Hanc sententiam non solum omnino improbabilem, sed etiam in praxi valde periculosa esse existimo: nam Ecclesia in cap. Dolentes de celebr. missatum, districte præcepit Clericis in virtute obediencie, ut divinum officium, nocturnum pariterque diurnum, quantum Deus eis dederit studiose celebrent PARITER ET DEVOTE: Sed hoc non potest intelligi de attentione & devotione solum externa: Ergo Ecclesia præcipit Clericis recitare officium cum devotione internali quā possunt, & quam Deus eis dederit. Major patet: Minor, in qua est difficultas, probatur multipliciter. Primo quia devotio propriè & per se primò dicitur de interna, & impropriè tantum ac secundariò de externa, ut docet S. Thomas 2.2; qu 83. art. 2.

Secundò, quia in predicto Canone ante verba adducta dici Pontif. ex Intendant [Clericis] externis collocationibus laicorum, dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, AURES INTENTAS NON PORRIGUNT AD DIVINA: Sed portentur atres intentas ad divina, interiori animæ attentionem & applicationem importat: Ergo in illo Canone est sermo de devotione & attentione interna, & non solum de externa.

Tertiò probatur eadem Minor: Ecclesia per hoc præceptum recitandi horas Canonicas, præceptum naturale seu divinum orandi, & vacandi rebus divinis determinat; sicut præcipiendo auditionem Missæ in die festivo, determinat præceptum naturali, quo homo tenetur aliquod tempus vitæ suæ cultui divino deputare; nam ut ait S. Thomas 2.2. qu 112. art. 4. ad 4. Inest homini naturali inclinatio ad hoc quod cuiuslibet rei ne-

cessaria deputetur aliquod tempus; sicut corporali refectioni, somno, & aliis hujusmodi: unde etiam spirituali reflectioni, qua mens homini in Deo resuscitur, secundum dictamen naturalis rationis, aliquod tempus deputatur homo; & sic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum Divinis, cadit sub precepto morali. Ergo cum praeceptum naturale seu divinum orandi, & vacandi Deo ac rebus divinis, indubitanter obligat ad attentionem consequens omnino est, ut etiam praeceptum Ecclesiæ illud determinans & veluti contrahens, etiam ad attentionem interiorum oblitus.

B 82 Quartò: Ecclesia præcipit recitationem officii ut est actus virtutis religionis, & moraliter bonus; actus enim mali, vel ex sua specie indifferentes ad bonum & malum, non sunt materia congrua præcepti Ecclesiastici: At recitatione officii sine devotione & attentione interna, non est actus virtutis religionis, sed potius quædam species hypocrisis, saltem materialiter: Ergo &c. Major patet, Minor probatur. Nam iſ. xta D. Thomam 2.2. qu.88. art.3. ratio quare oratio sit præcipua actus religionis est, quia in oratione fideles Deo offerunt id quod in eis præstantius est, scilicet mentem: Sed ille qui voluntariè distractus recitat divinum officium, non offerat Deo id quod habet melius & præstantius, sed quod deterius est & ignobilius; cogitando enim v.g. desibo aut potu, vel de negotiis secularibus, tunc obsequium quidem corporis præstat Deo, sed obsequium mentis venturum; datque medullam mundo & vaniti, & corticem tantum Deo & pietati: Ergo tunc actum religionis non facit, sed potius actum hypocrisis, saltem materialiter.

C 83 Quintò: Absurdum videtur dicere, quod Ecclesia non plus in hac materia præcipiat Clericis, quā præstari possit à psittaco: nam ut ait Augustinus exploit, in Psal. 12. Et meruli, & psittaci, & corvi, & pica, & hujusmodi volucres, sese ab hominibus docentur sonare quod nesciunt: scient autem cantare, natura homini divina voluntate confessum est. Unde idem S. Doctor conc. 29. in Psal. 118. Clamor ad Dominum (inquit) qui fit ab orantibus, sisonitu corporali vocis fiat, non intentio in Dominum corde, quis dubitet maniter fieri? Nullus certe, excepto Caramuele, qui non solum non dubitat, sed certò asseverat, imò & jurando confirmat, non solum non inaniter istud fieri, sed & ita proficere, ut & Ecclesiastico præcepto satisfaciamus, & omnis quoque scrupulus levissimi peccati tollatur: unde ut supra audivimus, eos qui suæ adharent sententiae, non solum milites, sed & virginis esse affirmat. Sed esto virgines sint: cum tamen oleum devotionis, quo charitatis flamma in cordibus nostris nutritur, habere non satagant, sed tanquam garrulæ aves sine interiori sensu verba emittant, non sunt virginis prudentes, sed fatigatae, quæ à nuptiis sponsi celestis, ejusque complexibus repelluntur. Esto milites sint: cum tamen contra mentis evagationes & distractiones non pugnant, sed ab eis ultra se vincit & superari patientur, non tam generosi milites, quām ignavi & imbellies militiae desertores decadendi sunt. Esto eriam singulis diebus per quinque vel sex horas eascet in choio; cum tamen non psallant mente & spiritu, ut jubet Apostolus, sed ore tantum & voce, sicut meruli, psittaci, pica, & corvi, ut Augustinus ait; non tam choristæ,

A quām canoræ aves, nec tam Ecclesiastici quām cantores, ut belle dicit Sinnichius, appellandi sunt.

Denique, ut præcipuo Caramuelis fundamento occurramus: dato quod Ecclesia non possit direcere & primario præcipere actum internum, secundario tamen & indirecere iubere potest, quando scilicet actus interior necessarius est, ut actus exterior si bonus. Unde per se loquendo habet potestatem super actus exteriorum; super actum vero interiore, per accidens, & ratione actus exterioris, in quantum est forma illius. Sic Ecclesia præcipit Inquisitoribus sub pena excommunicationis, ut non procedant contra aliquem ex odio. Et in cap. Dolentes supra citato, iubet confessionem quattuor fieri fidelite, & Eucharistiam suscipi reverenter. Cur ergo similiter Clericis præcipere non poterit, ut divinum officium cum attentione & devotione internâ quā possunt, & quā Deus ipsi dederit, quotidiū recirent? Certè qui alteri tentant, & faciunt, non à peccatis venialibus eximuntur, ut ait Caramuel, sed periculo culpæ mortalis, subindeque æterna damnationis, se exponunt. Unde frivolum est quod addit, nimis se posse surare, in hoc genere nec venialiter quidem peccavisse, bancque esse summam conscientie quietem, aquæ animi tranquillitatem. Sicut enim qui ex conscientia erronea invincibiliter putaret non esse peccatum, furari ad dandam elemosynam, vel mentiri ad salvandam vitam proximo, etiam illies furarunt, aut mentituntur, semper posset jurare, sed in hoc genere, nec mortaliter, nec venialiter peccavisse, nec tamen propterea ejusdem conscientiae tranquillitatem esset congaudentum: ita pariter nec nos, qui exsismamus Ecclesiam non solum attentionem externam, sed etiam internam in recitatione officii præcepimus, summa illam conscientie quietem aquæ animi tranquillitatem Caramueli invidemus, nec jurare vellemus, eos qui in recitatione officii voluntariè distrahuntur, & de interna attentione non curant, periculo peccati mortalis non se exponere.

E Plures alia sunt ejusdem Authoris circa divisionem officii recitationem laxitates, non solum omnino improbables, sed etiam profusas intolerabiles. Nam in Commentario regulæ S. Benedicti disp. 112. num. 143. & in Theologia fundamentali num. 760. docet eum satisfacere præcepto recitandi officium, qui illud recitat animo non satisfaciendi. Et numer. 500. & 502. asserit eum qui vespere matutinas & laudes recitat, duorum dierum obligationi posse satisfacere: quia (inquit) una & eadem actione potest quis simul satisfacere duobus præceptis numero distinctis, eodem tempore concurrentibus. Ex quo etiam inferit, unicam communione paſchalium posse aliquæ duorum annorum obligationi satisfacere. Item n. 1100. dicit obligatum ad officium recitandum satisfacere legendi quodlibet officium Paſchale, pro quolibet alio officio, quantumvis prolixo, per annum incidente. Denique in commentario regulæ S. Benedicti disp. 117. num. 1446. suggerit duas methodos à se inventas, juxta quas possit quis, etiam pro longo tempore, excutere obligationem recitandi horas Canonicas, ab aliquâ culpa, saltem mortali: unum beneficio probabilitatis opinionum, alterum beneficio variatatis horologiorum, quæ (inquit) si bona sit, & diligenter diligenter dirigatur, habet vim opinionis probabilitatis.

bilia. Et tamen in Theologia fundamentali, A fundamento 10. qu. de horologiis, ait horologii fidendum non esse, quia horologia fere omnia concepta sunt in originali peccato, subindeque peccata actualia necessariò committuntur. Unde huic Authori verba illa Augustini ad Julianum dicere licet: Mira sunt que dicū, nova sunt que dicū, falsa sunt que dicū, Mirastupemus, nova cavemus, falsa convincimur.

IV.

¹⁶ Quamvis actor nullum jus in rem quam petit videatur habere, potest illi Advocatus patrocinari. Caramuel lib. 3. Theologiae moral. numer. 1470. ubi sic ait: Siactor, velis nos Advoctus, accusare vult, veletiam de facto accusavit, T A M E T S I NULLUM IUS VIDEATUR HABERE, p[er]t[inent] illi Advocatus patrocinari, nimis quantum pr[er]leges licet, examinando bene testes, eorum responsa conferendo, & notando: sapè enim contingit, causas bene fundatas male cedere, & sapè male fundatas bene succidere.

¹⁷ Oppositum expressè docet D. Thomas 2. 2. quest. 71. articulo 3. in corp. ubi sic discutitur: Illicium est alicui cooperari ad malum faciendum, sive consulendo, sive adiuvando, sive qualitercumque consentiendo: quia consilians & coadiuvans, quodammodo est faciens: & Apostolus dicit ad Roman. 1. quod digni sunt morte non solum qui faciunt peccatum, sed etiam qui consentiunt facientibus: unde & supra dictum est, quod omnes tales ad restitutionem tenentur. Mansum est autem quod Advocatus & auxilium & consilium praferre ei, cuius causa patrocinatur: unde si scienter injustam causam defendit, absque dubio graviter peccat, & ad restitutionem tenerit ejus damnum, quod contra iustitiam per ejus auxilium altera pars incurrit. Et rursus ibidem in solitione ad 2. Advocatus (inquit) si in principio creditis causam iustum esse, & postea in processu appearat tam esse injustam, non debet eam prodere, ut scilicet aliam partem juvet, velscreta sua causa parti reveleret: potest tamen & debet causam deferre, vel eum cuius causam agit ad cedendum inducere, sive ad componendum, sine adversariis domino.

¹⁸ Confirmatur ex Augustino Epist. 54. sic dicente: Si iustitia sincerius consulatur, iustius dicitur Advocato, reddet quod accepisti, quando contra veritatem steti, iniquitatibus adiusti, felicitati, iustum causam oppresisti, de falsitate viciisti. Et infra: Quis tandem Advocatus faciliter reperiatur, qui iuscepto suo dicat, Recope quod mihi cum tibi male adesse dedisti, & reddet adversario tuo quod me agente inique abstulisti? Et tamen quem prioris non recta vita rectissime peniteat, utiam hoc facere debet: ut si ille qui inique litigavit, non vult admonitus corrigit iniquitatem, qui tamen iniquitatibus nolit iste habere mercedem: nisi forte restituendum est alienum, quod per sursum clanculo auferitur, & restituendum non est alienum, quod in ipso foro, ubi peccata puniuntur, decepto judice, & circumveniens legibus obivit.

¹⁹ Pro majori hujus veritatis confirmatione labet hic subiecte formulam juramenti, quod emittere jubentur Jure Cælareo omnes castrorum Patroni seu Advocati: Patroni castrorum (inquit lex) qui utrique pars præstantes

A auxilium ingrediuntur, cum lì fuerit contestata, Codicis post narrationem proposcam, & contradictionem Infin. objectam, in qualicunque iudicio majore, vel lib. 3. apud arbitros, sive ex compromiso, sive aliter datos, vel electos, sacrosanctū Evangelii tactu, juramentum præsent, quod omniquidem virtute sua, omniquis ope, quod verum & justum existimaverim clientibus sui inferere procurabunt, nihil studi relinquentes quod sibi posibile est: non autem creditā sibi causā, cognitā quod improbus sit, vel penitus desperatā, & ex mendacibus allegationibus, ipsi sc̄ientes prudentesque malā conscientiā illi patrocinabuntur: sed etiā certamine procedente, aliquid tale sibi cognitum fuerit, a causa recente, ab hujusmodi communione se se penitus separantes.

²⁰ Plures aliae assertiones in libris Caramuelis leguntur, quæ adeò absurdæ sunt, & bonis moribus alienæ, ut confutazione non egeant. Nam in Theologia morali numer. 1582. ait erit hoc iuramentum, Peritam meam, sic expostum. Tam verum est quod dico, quād quod habeo vitam, posse mendaciter, circa peccata vel venialis noxam emitti. Et in Theologia fundamentali editionis Francofordianæ num. 1142. doctrinam Francisci Amici, quā ait erit licere Clerico, vel Religioso, calumniatorem, gravia criminis de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando aliud defendendi modus non suppetit, ut veram ac certam propugnat, dicens: Doctrinam Amici solam esse veram, & oppositam improbabilem, CENSEMUS OMNES DOCTRI. Et num. 1153 aliam ejusdem Authoris sententiam, quā docet licere Clerico vel Religioso, qui fragilitati edens, suminim vilen cognovit, eam occidere, quando factum vulgar, & ipsum infamat, indirecte saltem approbat, responsione suspendendo, & dubitando an id licet: ut enim ille definit numer. 275. Omnia omnino actus humanus licet est, qui non impingit evidenter in aliquam legem obligatoriam evidenter. Item in eadem Theol. fundam. pag. 119. hæc scribit: Petrus die sabbathi sub median noctem, ut primum audivit duodecimam, comedit carnes, & postquam satur exessit ē mensa, audivit aliud horologum significans horam duodecimam. Die sequenti communicare vult, & sic discutit: horologia habent opinionum probabilium virtutem: si ego comederañ an equum tale horologium sonuerit: ergo probabile est quod comedere ante duodecimam: ergo probabile quod sin jejunis: at opinioni probabili conformare conscientiam possum: ergo potero communicare. Et posolscire cur communicare non posse: nam stando doctrina precedenti, potest; & ego in toto hoc Petri discrus, quod possem aut negare, aut reprehendere, nihil invenia. Magna certè opportunitas

^E & utilitas probabilitatis opinionum, & varietatis horologiorum, quæ juxta Caramuelim, habent opinionum probabilium virtutem: nam & illorum beneficio potest quis eadem die usque ad saturitatem carnes comedere, & nihilominus immediatè post accedere ad sacram synaxim! Denique hic Author lib. 4. Theol. moral. num. 1559. ait: Deorum plurimalia, stando purū principiū naturalib[us], defendi & propugnari potest. Quia assertio non solum Polytheismo, sed etiam Atheismo non patit faverit, quia ut communiter docent SS. Pares Athanasius, Chrysostomus, Theodoretus & alii, Multitudine Numinum nullas est Numinum. Unde egredie Tertullianus contra Marcionem: Veritas Christiana

DISSERTATIO THEOLOGICA

stiana distincte pronunciat, Deus si non unus est, non est; quia dignus credimus non esse quodcumque non ita fuerit ut esse debet. Ergo si Deorum pluralitas, stando puris principiis naturalibus, propagnari possit, etiam, stando in iisdem principiis, Deorum nullitas defendi poterit; quod est causam Atheosum manifeste juvare.

§. II.

Tamburini laxitates reprobantur.

I.

91 Licitum est inducere testem ad jurandum falso, quod jurans quidem putat esse verum, ipse vero inducens se esse falso. Tamburini lib. 3. in Decalogum cap. 1. §. 6. num. 7. pro hac sententia referens Hurtadum, Dianam, & Tamburinum.

Hæc assertio non solum omnino improbabilis, sed etiam erronea, & prorsus intolerabilis est, potestque breviter confutari. Primo quia amor Dei, & zelus honoris eius, obligat me ut quantum commode possum, vitem etiam peccata materialia, tam in me quam in aliis: Jurare autem id quod re ipsa est falso, & purtatur esse verum, est peccatum taliter materialiter, cum tale juramentum veritati & aeternæ legi dissimum sit: Ergo quantum commode possum, tenor juramentum illud impeditre; tantum abest quod possim ad illud proximum inducere.

92 Secundò impugnatur: Fraternæ charitatis dilectione proximum instruere tenor, quando ille laborat ignorantiā alicujus rei, juri divino & naturali contraria, & probabiliter speratur, quod ablata ignorantiā non operabitur quæ cum ignorantia facit, vel facere vult: Ignorat Petrus v. g. Mariam non esse suam uxorem, & vult ad illam accedere, tenor illum admonere non esse ejus uxorem; Ignorat alius aliquam hostiam, non esse consecratam, & illam vult adorare; tenor ei significare talen hostiam consecratam non esse. Mira ergo est Tamburini exorbitantia, dum scribere audet, licitum esse, non modo proximum ignorantem non instruere; sed insuper ipsum in materialem Decalogi transgressionem impellere.

93 Nec valet quod ille ait: turare falso, quod sine culpa putatur esse verum, & ita est religionū; unde qui ad hoc inducit, ad actum virtutis inducit. Non valet, inquam, quia pariter actus religionis est, quando adoratur hostia, quæ invincibiliter putatur consecrata, cum re ipsa non sit consecrata; & tamen quis audeat dicere, licitum esse scienti eam non esse consecratam, inducere ignaros ad eam adorandam tanquam consecratam: Nonne etiam uxorem reddere debitum conjugale marito est actus justitiae? & tamen quis dicit, scienti maritum vivere, licitum esse, non solum eam non admonere, sed etiam ad reddendum superinducto viro conjugale debitum inducere? Nonne pariter servum laborare in die festo, quem bona fide existimat non esse festum, actus est obedientiae, vel justitiae? quis tamen propterea afferat mihi licere, inducere servum ad laborandum in die, quem ille netice esse festum, ego vero festivum esse scio? Quam levis ergo & frivola est illa Tamburini ratiunctula, quæ se permotum dicit ad asserendum licitum esse, inducere testem ad jurandum falso, quod ju-

rans quidem putat esse verum, ipse vero inducens se esse falso.

11.

Licitum est reo cum equivocatione negare veritatem iudicii legitimi, legitime interroganti. Tamburini lib. 3. cap. 4. §. 3. num. 5. pro hac sententia citans Delugo, Sanchez, & alios.

Oppositum docet S. Thomas 2. 2. qu. 69. art. 1. in corp. ubi sic ait: Pertinet ad debitum iustitiae, quod aliquis obediatur suo superiori in iis, ad quae ius prælatum se extendit. Index autem superior est, resipicere ejus qui judicatur; & ideo ex debito tenetur accusatus iudicis veritatem exponere, quam ab eo secundum formam iuris exigit; & ideo si confiteri noluerit veritatem quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, MORALITER PECCAT. Quo nihil clarius & expressius contra Tamburini assertione dicopost.

Addo quod, si vera esset Tamburini sententia, nunquam liceret Judicii, reos ad confessioinem criminis capitalis, quantumvis semiplenè probati, torturis adagere; quia iniquum est quemquam ad id cogere, quod præstat non tenetur. Oppositum autem docent SS. Patres, præfertim Augustinus lib. 19. de Civit. cap. 6. Ambrosius lib. 2. de Abel & Cain cap. 9. & Eusebius Papa Epist. 1. ad Gallie Epilicos, cuius est illa sanctio corpori Juris inserta, cap. illi qui §. qu. 5. subidicuntur: Veritatem diversis cruciatiu[m] latebris suis religiosus tortor exigere debet: ut dum perib[us] corporum subiciuntur, que gesta sunt, fiducia & veraciter exquirantur. Unde Leonardus Coquetus in Commentariis super cap. 6. lib. 19. Augustini de Civit. Dei, & Covarruvias lib. pratic. qu. cap. 2. num. 5. reprehendit errorem Joannis Ludovici Vives, astutus oppositum saltem quoad Christianos.

Ex discursu & ratione D. Thomæ patet, non solum falso, sed etiam intolerabile esse dogma Joannis Sancti in practicis disputationibus dif. 9. num. 7. & sequentibus, ubi teste Diana tractat. R. Col. 55.) afferit quod sapienter probabiliter credat Confessarium non impensum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, potest aquivocatione utendo negare consuetudinem; ut si sensu, consuetudine sareo peccandi, non absolute, sed ad continentium tibi de presenti. Et hoc etiam procedit, si credit absolutionem se natum, cum ad confitenda etiam peccata bis non sit obligatus, nec ad patiendum pudorem ex consuetudine jam nota oriundum. Idem dicendum de occasione proxima, inevitabilitate tamen sine magno incommodo & scandalo. Nam in tali causa potest etiam paenitentis uti aquivocatione, licet à confessario de tali occasione interrogetur.

Pater, inquam, doctrinam hanc perversam, & prorsus intolerabilem esse. Primo quia permittit uti aquivocatione aut restrictione mentali, quod plures graves Theologi & Doctores nunquam licerit existimant, videturque innuere D. Thomas 2. qu. 109. art. 3. ad 1. ubi sic discutit: Quia homo est animal sociale, naturaliter unus homo debet alteri id sine quo societas humana servari non posset: non autem possunt homines ad invicem convivere, nisi sibi invicem credant, tanquam sibi invicem veritatem manifestantibus. Quod discutit utitur etiam D. Augustinus in Eccl. cap. 22. ubi sic ait: Utique verba propter sunt insinuata, non per quæ se invicem homines fallant;